In agro Veronensi rep., est Veronae (V 3375 vidit Mommsen; imaginem ex Ortio dedit Domaszewski Fahnen im röm. Heere p. 30 fig. 4). Eodem loco repertus est titulus hic Q. Sertorius | L. f. Pob. Festus | centur. leg. XI | Claudiae piae | fidelis *cum imagine centurionis (V 3374), qui videtur pertinere ad fratrem Sertorii Firmi. Nota duos fratres in eadem legione militantes, sed alterum centurionem. —* 1) *Curator veteranorum.*

2340 C. Vetti L. f. | Vel. Tusci | legionis IIII | Macedonicae | aquiliferei *(equus (?) alatus triceps cauda taurina).*

Prope Firmum Picenum in oppido Monsampietrangeli (IX 5527 Mommsen vidit ectypum gypsaceum). Alium aquiliferum legionis quartae Macedonicae habemus in titulo Atestino, ap. Pais n. 514. Eiusdem legionis aquiliferum, sed nomine non posito, memorat Tacitus hist. 1, 56.

2341 Cn. Musius T. f. | Gal. Veleias[1], an. | XXXII stip. XV, | aquilif. leg. XIIII Gem.[2], | M. Musius Ɔ frater posuit.

Moguntiaci (Brambach 1183; imaginem dedit Lindenschmit Alterth. u. h. Vorz. I fasc. 4 tab. 6 et ex eo Domaszewski die Fahnen im r. H. p. 29). — 1) *Cf. supra N. 2249. —* 2) *Cf. N. 2262 not. 2. Titulus videtur Claudio antiquior.*

2342 Sex. Sammio Volt. | Severo [Ɔ][1] leg. prim. | Germanic.[2], qui | [*e*]o[*d.*][3] cos. quo milit. | coepit, | aquilifer | factus est, anno[*s*] XIII | aquili[*f*]er[4] militavit, | [Ɔ][5] factus C. Antis|tio Vetere [*et*][6] M. Suil|lio Nerullino cos.[7], | ex [*te*]sta[*mento*].

Grenoble (XII 2234 ad tria exempla saec. XVII non bona). — 1) c *vel* e, 2) germanica *vel* germanico *apographa. De legione prima Germanica cf. supra N. 2245. —* 3) for. *traditur (restituit Seeckius); intellege: eodem consule quo militare coepit. —* 4) anno XIII aquiliater, 5) d, 6) ll *apographa. —* 7) *A. 50.*

2343 d. m. | M. Aur. Sosius | v. l. IIII F.[1], v. f. s. et | Iul. Valent[*inae*]. *(In utroque latere miles tenens vexillum, in quo litteris parvis)* ex aquil.[2]

Gradi prope Aquileiam (V 899 cf. Pais 72 qui vidit). — 1) *Veteranus legionis quartae Flaviae. —* 2) *Ex aquilifero (sic recte Pick, ap. Pais p. 279).*

2344 d. m. s. | L. Tullio Felici, | vixit anos XXV | meses II dies XVII, | discens | aquiliferu[1] | leg. III Aug., memorie | eius posuit L. Bon|cius Secundus, | aunculo.

Lambaesi (VIII 2988 vidit Wilmanns). — 1) *Idem recensetur inter milites enumeratos C. VIII 2568 v. 22, ubi ad nomen eius adscriptae sunt litterae* daq, *quibus significari discentem aquiliferum (vel aquiliferorum) sine hoc titulo nemo divinare potuit.*

2345 *(miles inter duo signa militaria)* d. m. | Aurel. Alexandrus quandam *(sic)* | signifer leg. II Traianae for. Ger.[1] | cohor. II hastati pr., natione Mace|don., stipendiorum XIII, annos vixit | an.[2] XXXI, Aurel. Heliodorus libertus | et heres monimentum fecit dignis|simo patrono suo.

Nicopoli ad Alexandriam rep. (III S. 6592; imaginem militis dedit Domaszewski Fahnen im r. Heere p. 37). — 1) *Germanica dicta legio secunda Traiana fortis etiam in aliis titulis nonnullis (supra N. 2319. III S. 6594 a. 6609). —* 2) *Abundat* an.

---

archive.org